

Alte Drucke

APOLOGIA || FRANCISCI || MONTANI PRO SOCIETATE || IESV IN GALLIA. || CONTRA ANTONII ARNALDI || Aduocati Parisiensis Philippicam. || Ex Gallico in ...

Richeome, Louis

Cracoviae, 1597

Caput XXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-154864

pro Iesuitarum causa adstitit; ut non modo sententiam contra illos non pronunciaret, sed ex illo temporis puncto patrem & protectorem Societati sese praeberit: idemque Deus Iesuitarum patientiam tam copiose remuneravit & compensavit; ut illud ipsum, quod perniciem allaturum videbatur, causa salutis fuerit. Nam persecutio & exagitatio adeo formidabilis, oculos mundo aperuit, ut clare intelligeretur, quinam essent Iesuitae, quae illorum viuendi ratio & norma, quae virtutes; eademque aduersitas Iesuitis apud omnes probos, infimos, medios, summos, insignem beneuolentiam & amorem conciliauit, & nominatim apud Dominum de Thou, ^{supremum} grauem illum, doctum, & pietate illustrem virum, tunc Consiliarium Regii summum Praesidem; qui eo maiorem ipsis nauauit operam, quod certiùs cognouit, quantum utilitatis labore suo Reipublicae Catholicae & Gallicanae afferrent. Et ut haec tanquam vera persuadeam, alio testimonio non egeo, quam temporis illius repetita memoria, & conscientia eorum, qui haec coram spectarunt, quorum non pauci adhuc superstites. Neque in vlla Galliae ciuitate sedem fixerunt Iesuitae, in qua multis experimentis suisque arduis & difficultate plenis non sint tentati & explorati. Sed ex his fluctibus incolumes semper emerferunt; idque vel patientiae & animi aequitate rebus aduersis, vel praestanti pietate rebus prosperis.

C A P V T XXIII.

Quid intelligat Arnaldus nomine coniurationis Hispanicae.

CONSIDERA iam, qua conscientia & fronte dicere ausus sis, Iesuitas clanculum in Galliam irrepsisse, neque vexillis explicatis intrasse. Os tuum hoc loco veremendax, impudens, iniuriosum, & haeticum nominaue-

ro: Vbi rationem reddere volens, cur Iesuitę illo anno tam aduerso ex Gallia non sint proscripti, ita loqueris: *Quis nescit, anno LXIV. nullum tantum animi habuisse, qui loqueretur liberę contra Hispanicam coniurationem?* Per coniurationem Hispanicam nihil aliud hęc intelligere potes, quàm Ecclesiam Catholicā. Nam si verba tua ea notione, quam primo aspectu præ se ferunt, accipiamus; necesse est, vt omni omnino sensu careant: nam eo tempore regnabat Carolus IX. Christianissimus, & populo Gallicano Rex longę charissimus, cui duo erant fratres ætate & robore florentes, neque tunc vel tenuissima alicuius coitionis & factionis Hispanicę suspicio erat. Intelligis igitur, nomine conspirationis Hispanicę Ecclesiam Catholicam, & Galliam Catholicam, in quam nemini tunc licebat petulantem linguam exerere, & qui, cū id maximę vellent, non tamen audebant, nulli alii erant, quàm hæretici, qui valido freno coerciti, loqui non audebant, ne *ianuis quidē clausis*, nedum in confesso publico. Iesuitas certę significare nō potes nomine *coniurationis Hispanicę*, quia liberę quisq; in eos, & quidē nimis liberę verbis inuehebatur. Illi ergo, contra quos nullus loqui audebat, erant Catholici; & qui non audebant loqui, erant hæretici, de quibus ais: *trepidi erant omnes boni & elingues, cū dicere, quod nolles, miserum; quod velles, periculosum.* Isti igitur, sententiā tuā, erant boni; & qui iam tum optassent, Iesuitas impedire, si potuissent, ne in Gallia sedem figerent, qui iam ab inferis excitati, & liberi effecti loquuntur, & vt loquaris liberę, efficiunt, illi sunt, qui Iesuitas condemnabunt, profligabunt, & exequētur id, quod tunc ausi nō sunt, aut non potuerūt. Ita, vt tuo iudicio nulla spes sit fore, vt Iesuitę istorum impetū & manus violētas euadant. Hęc est tua conclusio, inuoluta illis arrogantia, tumentib; verbis: *Quid igitur putatis, vos, o exploratores Hispania, adducere posse, quō vos resq; vestras defēdatis?*

Nomen coniurationis Hispanicę ab Hæreticis inuentum.